Tibi laus tibi gloria tibi gratiarum actio · O uera summa sempiterna
trinitas pater filius spiritus sanctus. Miserere miserere miserere nob(is)

homo qui ex tollit super se iugum xpi ut sit ser
uus dñi requiem eternam inueniet animę suę
Ideo fr̃s kãr audiamus quid nos ammonet
diuina uox dicens hodie si uocem eius audieri
tis nolite obdurare corda uẽra Ideo fr̃s kãr
nolite neglegere sermonũ dñi que cotidie nobis
ad salutem mittat ut possimus peruenire ad
illam beatitudinẽ quã pmisit xps reddere
scĩs suis in die iudicii Sicut dicturus ÷ illis desi
derabilem sententiam cum decoro aspectu et amabile
Uenite benedicti patris mei possedite regnũ
constitutum uobis ab origine mundi Ubi lumen
indeficiens ubi gaudium ÷ sempiternũ Ubi
uita perhennis et inmortalitas et letitia sempiter
na et euangelis et archangelis et apostolis et prophetis
Ubi lux lucis et fons luminis ubi ciuitas scõrũ
hierusalem celestis Ubi conuentus scõrum
martyrũ et patri archarum cum abraham

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0032